



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 70. Sessio I. Concilii Ferrariensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sessio I. Concilii Ferrariensis.

Ex Actis Augustini Patricii discimus, *Acta Patr.*
 quod Patrum quam plurimi ab Eu-*to. 13. Conc.*
 genio Papa convocati Ferrariam conve-*p. 1554. 68*
 nerint, ac inter eos præcipue Nicolaus *ibid. 875.*
 Albergatus S. Crucis Cardinalis, quem
 Eugenius novæ Synodi Præsidentem crea-
 bat, præstituto die decima Januarii hu-
 jus anni solemnè ritu primam habuit Ses-
 sionem, in qua decreto condito erat de-
 claratum, Eugenium ob justissimas caus-
 as, quas Sedes Apostolica necessarias
 censuisset, ac Curie Romanæ Prælati
 approbassent, Basileense Concilium Fer-
 rariam transtulisse, eamque translatio-
 nem legitimam juxta ac canonicam exi-
 stere, proin rite & legitime congregatum
 esse Concilium Ferrariense, cui injunctum,
 ut unioni Græcorum cum Latinorum Ec-
 clesia perficiendæ incumberet, ac demum
 ea negotia, quæ Basileæ inchoata nec-
 dum perfecta essent, absolveret. Præ-
 terea in eodem decreto sanciebatur, quod
 cuncta per Basileenses post translatio-
 nem attentanda irrita forent, ac nulla,
 nisi forte pro Bohemis ad fidem reducen-
 dis aliquid utile acturi essent; id ipsum
 tamen a Sacro Concilio Ferrariensi ap-
 probari deberet. Tandem omnes a ju-

Sæcul. XV. ramenti religione, qua sese olim Basileen-
 A. C. 1438. si Synodo obstrinxissent, absolutos esse,
 promulgatum est.

§. LXXI.

*Cardinalis Julianus relicta Basilea
 Ferrariam profectus.*

Die, quæ primam Ferrariensis Synodi
 Sessionem præcedebat, Julianus Cæ-
 sarinus Cardinalis tit. S. Angeli, qui hu-
 cusque, edito etiam Ferrariensis trans-
 lationis diplomate Pontificio, Præsidis mu-
 nere fungebatur, a Basileensibus defecit.
 Hunc ex reliquis Basileæ congregatis
 nonnisi quatuor Prælati unacum eorum
 familiaribus sequebantur, nil omni-
 nino proficientibus Juliani artibus, qui-
 bus potiorum eorum partem ad se tra-
 here conabatur (*). Nec ullum Præla-
 tum, Doctorem, aliamve Personam in di-
 gnitate Ecclesiastica constitutam a tem-
 pore, quo Græci advenerant, Basilea Fer-
 rariam migrasse constat. Insuper omnes
 tam

*Panor. hist.
 Conc. Basil.*

(*) *Ex actis Patritianis, aliisque Historicis
 liquet, omnes omnino Cardinales excepto solo
 Cardinale Arelatensi pariter Basilea abiisse.
 Ex iisdem quoque actis apud Card. Jusin.
 pag 27 discimus, quod Henricus Anglorum Rex
 suos Anglos, ne factioso conventiculo interessent,
 abduxerit, conjule §. 54.*